Implorato divino auxilio.

Presupposita fori propositione cap. 42.
et decreto ad calcem eiusdem facto in ulti-
mis curijs celebratis Montisoni, anno 1585.
queritur an universitas ville et honoris de
Nules, post factam propositionem curiarum
nuper celebrandarum, indigeat licentia,
aut aliqua declaratione sue mag.tis ad eligen-
dum Just.am regiam in dicta villa, et ut Just.
et Baiulus regius suam exerceant iurisdictio-
nem? et re bene perpensa dicendum est
q. cum decretis fori predicti, solum suspendat
Just.e et Baiuli regij exercitium suarum
iurisdictionum usque ad propositionem primarum
curiarum, et sic ad certum, et limitatum tempus,
poterit dicta universitas Just.am eligere
more solito, iuxta forum, non expectata
aliqua declaratione, aut licentia, salva
semper regia clementia. Quia de iure, su-
spensio ad certum tempus, finito tempore,
nullum operatur effectum, immo res in pri-
stinum statum restituitur. tex. et glo. in c. si qui
sunt presbiteri. 81. dist. ubi glo. inquit. sicut
ipso facto suspenduntur sic ipso facto per contra-
rium eis restituitur officium. Idem probat tex. et
glo. c. nullus 32. distinctio. Ubi quam dicto pendet lici-
te celebrat. Elegans glo. clementi. 1. de decimis [illegible]

Arxiu Històric Nules

verbo Coneth quam DD. sequuntur dum inquit q. sus
pensus donech satisfecerit indiget declaratione judi
cis vel sententia qua de satisfactione dubitari po
terat non si in suspenso ad tempus determinatum
puta mensem vel annum secundum Innocen. qui hoc
notat c. cum bone n. 1. ad finem de etate et quali
tate Abbas c. ex tuarum thenore n. 3. de sortilegiis
suspensus ad tempus transacto tempore potest offi
tium suum exercere absque absolutione secus in ex
communicato idem tenet glo. c. sacro verba per
mensem de sententia excommunicationis vertagui.
in reperto. in 4. par. v. suspentio ad certum tempus
ubi tenet q. ipso jure restituitur ad offitium et hoc
dicit glo. d. c. nullus 32. distinctio. Angel. et paul.
l. si unus § si cum reo n. 2. ff. de pac. ubi expresse in
quit in sententia qua aliquis ad tempus suspen
ditur non esse necessariam renovationem transacto
tempore Et omnes DD. communiter hanc constituunt
differenciam inter excommunicationem et suspen
tionem quod excomunicatus etiam si satisfece
rit indiget declaratione suspensus vero ad tempus
potest transacto tempore offitium suum exercere
quia ipso jure et facto in pristinum statum resti
tuitur et hoc ultimum communiter receptum tra
dunt Emanuel Suarez tra. 2. commu. opinio. lib. 17.
verbo suspentio ad tempus. Et Couar. in epitome de spon
sali 4. par. c. 6 n. 16. qui multos eiusdem sententie lau
dat auctores

Lo doctor blanes
add. R. P.
Josephus Lara

Franciscus Paulus
Baziero

Gaspar
Masiaros

Arxiu Històric Nul